



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

111. De his qui dimittunt conjuges absque judicio ecclesiastico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

quantur Christum, relicto seculo, si habeant ex pari voluntate castitatis consensum.

De his qui conjuges sine iudicio dimittunt.

Ex Concilio Agathensi.

Conc. Agath.
c. 25.
Lib. 7. Capitular. c. 226.

CXI. Hi verò seculares qui conjugale consortium nulla culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, & nullas causas discidium probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt ut aut aliena aut illicita præsumant, si antè quàm ante Episcopum comprovincialem discidium causam dixerint, & priùs uxores quàm iudicio damnentur abjecerunt, à communione Ecclesiæ ac populi cætu, pro eo quòd fidem conjugij maculant, excludantur.

Ut omnis controversia, si iudicio ecclesiastico expetit agitari, nequaquam ad seculare iudicium transeat. *Ex Capitulare.*

CXII. Statutum est ut quæcunque controversiæ iudicio & auctoritate ecclesiastica cœperint agitari, nequaquam ad seculare iudicium transeant, ubi iteratò provocent, sed ecclesiasticis sanctionibus terminentur. Nam à iudicibus quos communis consensus elegerit ad alios iudices non licet provocare, nisi major auctoritas sit, secundùm canonicam normam. Si autem in seculari iudicio, id est, in Comitum placito, causa priùs fuerit ventilata, secundùm legem mundanam finiatur. salvo ecclesiasticæ legis privilegio.